NICOLAUS DE LYRA

Salzburg/Bayern, um 1450

Seite 141r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8378
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

pomelli ita quod duo ciphi positi
unus super alium faciebat unum po
mellum sicut.
Sed hoc non est verum
quia ubi translacio nostra habet spheru
las In hebreo autem habetur pomel
los ex quo patet quod ciphi non erant
pomelli Item ubi translacio nostra
habet ciphi in modum nucis In hebreo
habetur ciphi figurati gallice noellez
quia non erant de opere plano sed
cum aliquibus figuris ad decorem
Ideo motivum predictum non valet Ideo
dicit Ra. Sa. quod isti ciphi erant
oblongi habentes pedes et erant
sic dispositi in candelabro quod
calamus transiret per medium ciphi
Sperule que sunt et lilia In he
breo habetur pomellus et flos sed cuius
modi flos fuit non habetur in textu
et ex hoc quod dicitur in singulari pomel
lus et flos quantum ad sex calamos
laterales Dicit Ra. Sa. quod in quoli
bet illorum non erat nisi unus po
mellus et unus flos In hastili
vero quinque pomelli secundum ipsum
tres sub sex calamis orientibus
de hastili hinc et inde sicut dicitur
in littera sperulaeque .i. pomelle sub
duabus calamis per tria loca Item
duo alij unus super calamos in su
periori parte candelabri et alius sub
calamis in inferiori parte candela
bri Similiter erant ibi duo flo
res tantum et hoc dicit quod loquen
do de hastili habetur In hebreo po
melli eius et flores et pluralis
numerus in trinitate acceptus binarium
significat secundum ipsum Sed quia cyphi po
melli et flores non erant in can
delabro nisi ad decorem secundum omnes
doctores katholicos et hebre
os Ideo dicunt alij et melius ut

videtur quod inter duos cyphos erat
unus pomellus et similiter unus flos
quia sicut opus candelabri erat
decencius et quod in hebreo habetur
in singulari pomellus et flos re
refertur ad quamlibet cyphum prout ex
primitur in translacione nostra tamen dicitur
in ipso autem candelabro .i. hasti
li candelabri quod vocatur hic can
delabrum quia est principalior pars
candelabri Quatuor cyphi
in nucis modum sperule quia per
singulos scilicet cyphos et lilia
eodem modo intelligendum est
de cyphis existentibus in sex ca
lamis lateralibus Facies et lu
cernas septem et pones eas super
candelabrum Ita quod ultimus cyphus
qui erat in summitate cuiuslibet
calami erat sedes lucerne ut lu
ceant ex adverso Sic enim erat de
positum lichinium cuiuslibet lucerne
quod flamma erat ex illa parte
lucerne que respiciebat lucer
nam mediam et sic flama trium
lucernarum unius lateris respiciebat
ex adverso flamam trium lucer
narum alterius partis Emunc
toria quorum instrumenta sunt
cum quibus amovebatur illud quod
erat combustum de lichinio et re
siduum lechinii aptabatur ad in
tendendum et ubi emuncta sunt
extinguuntur vasa erant plena
aqua ubi ponebantur illa que
erant emuncta ut facerent esse
pondus candelabri tamen uni
versis vasis suis habebant ta
lentum auri In hebreo habetur cen
tenarium auri Centum autem pon
deris sit nescio determinare nec
alij doctores ut credo Certum
tamen est quod requirebat ma
gnum pondus auri pro tanto opere

141